necessitate fieri licitum, ergo alias lege vetitum in necessitate permittitur, quare opinio, quae extra necessitatem et periculum improbabiliter approbaret licere, probabiliter procederet idem affirmans in casu necessitatis et periculi urgentis. Quod porro reflexe probari, licitum est sequi opinionem probabilem, et relicta probabiliori, et tutiori, sed probabilis est opinio affirmans licere in casu urgente sequi opinionem aliam improbabilem; ergo licitum erit nobis opinionem, quae id asserit sequi; Minor satis probatur ab antedictis doctrina et verisimilis patet.

Confirmatur 2. quia si propter aliquid non liceret in casu urgentis necessitatis sequi opinionem aliam improbabilem maxime propter periculum peccandi cui exponeremus, sed exponi huic periculo ex causa urgenti non est illicitum; ergo licet in praedicto casu sequi opinionem aliam improbabilem. Minor probatur ex ... ex D. Thoma 2. 2. q. 10. art. 9. in fine corporis recepta a Doctoribus ... D. ... relictis et innumeris pene recentioribus: tum quia ut egregie S. D. Basilius in constit. monast. c. 4. pag. 488. qui periculo peccandi se exponit ex causa non urgente potius periculum voluntarie patitur quam voluntarie amat: atque ideo non peccat, siquidem solum peccati reus est, qui illud amat. Audi Basilium: qui urgente aliqua causa, et necessitate se periculo obiicit, et permittit se esse in illo, cum tamen aliud vellet, non tam dicitur amare periculum, quam invitus illud subire, et ideo magis providebit quomodo ne

ne in illo pereat.

Hic cum multis excusat Ioannes Sanch. n. deserentes occasionem proximam ob iacturam bonae existimationis, et famae, item minores feminae cives, et sponsas ad tempus necessarium in occultissimo loco, cum periculo lapsus, si nullus alius suae periculum imminens commode inveniatur qui ponere. Insuper communicantes cum Haereticis, et ex causa urgenti, cum periculo subversionis. de tandem acceptantes Episcopatum ad bonum tot necessarium si sciat evidens periculum damni sui spiritualis, quod adiungit pertinere ad convertendas meretrices, si illius praedicatio foret necessaria, cum periculo lapsus.

Prop. 3.a 9a opinio, quae seclusa una circumstantia est improbabilis, saepe redditur probabilis adiuncta tali circumstantia. Et quamvis opinio alia sit improbabilis, poterit in casu aliquo urgenti illam sequi pro eo, quia talis casus erit circumstantia reddens illam probabilem quantum ad sui incendium.

Obiicies illud Luc. 9. Marci et Matt. 13. quid prodest homini si totum mundum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur. At recipiens illud non debet quis cum damno suo spirituali subvenire proximo, et non solum propter causam urgentem aut proximi utilitatem sed neque propter totum mundum exponere se debet periculo peccandi sequendo opinionem aliam improbabilem. Resp. ad 1m cum Ioanne Sanc.o sensum verborum esse non quod nihil prodest homini totum mundum lucrari se periculo peccandi se exponit causa urgente, sed quod nihil prodest totum mundum lucrari, si peccatum

ob lucrandij committat nec absimile sensij Dei q ad-
dit, Itaq. nemo debeat cum damno spirituali
culpae qm de facto incurrat proximo succurrere
eijdem de liberare.

Sectio. 5.

An cuiq. liceat operari ex opinione aliena contra propria.

Negant Adrianus quodlib. 2. princ. 1. vers. idem pro resp. apud Sanchez in claus. lib. 1. c. 9. n. 12. et ij qui tenent sequi opinionem minus probabilem, quia cum quisq. suo semper iudicet probabiliorem aliena vel minus probabilem ut bene notavit P. Vasq. 1. 2. tom. 1. D. 62. c. 7. n. 2. eo ipso qd doceant non licere sequi minus probabilem relicta probabiliori docere debent non licere sequi alienam contra propriam, qui autem ij sint? retuli mus sub. 1.

Verior multo est contraria sed qm tenent citer DD. et P. Vasq. proxime adductus ibid. n. 14. et 15. Joannes Sanchez. D. 10. selectarum. n. 2. D. 33. n. 23. D. 41. num. ac disp. 44. n. 31. 32. et 33. quamquam limitet quoties non datur evidens et convincens auctoritas DD. docet, q tunc non parte addicus ut seri possit opposita sed inter probabiles, P. Thom. Sanc. c. 9. n. 15. P. Gordon. lib. 1. suae theologiae moral. q. 9. c. 3. n. 11. in corollarijs, P. Reginaldus in summa. 13. n. 71. P. Layman. tom. 1. lib. 1. tit. 1. c. 5. §. 2. n. 9.

Prob. 1. q nulla lex extat aut obstat, sequendi ex aliena contra propriam opinionem, et aliena quidem licite operari ex aliena contra propriam: Ans. tandiu firma erit quandiu non ostendatur lex aut praeceptum contra partem, cum sit regula universalis est licere ubi nulla lex obstat quamdiu prohibitio non constat modo prohibitio sit a natura ipsa, seu lege naturali, nec apud humanam, vel divinam legislatorem.

Prob. 2. licitum et laudabile est aliorum consilium sequi, alieno qd iudicio peritiorum sapientum, proprium

suo

submittere quo licitum erit operari, sequendo alienam opinionem contra propriam: praetereaque communiter omnes Patres Ecclesiae ac viri spirituales passim supponunt, viri doctissimi approbantibus, quod alienum iudicium semper debemus consulere in nostris dubiis.

Probatur 3. opinio probabilis, quam sine reprehensione et prudenter possumus sequi, ut est doctrina Aristotelis 1. Ethicorum cap. 3. et 1. Topicorum c. 1. cuius meminit Sairus in clavi libro 1. c. 4. n. 5. Sed aliena sine probabilis (hoc supponimus) ad sue consideratam contra propriam, ergo illam operari contra propriam nec erit peccatum nec reprehensibile sed licitum et prudenter factum.

Probatur 4. quia secundum adversarios licitum est operari contra propriam opinionem probabilem, ergo eo ipso quod quis iudicet alienam esse probabilem et in conscientia tutam propria opinione erit, quod tutum est probabilem contra illam operari, et contra sane tuam licitum erit operari, cum non minus propria opinio sit, quod tua sit vera, quam quod aliena sit probabilis et operari contra illam licitum.

Probatur 5. ad hominem plures non [illegible] adversarii docent posse imo teneri subditum contra propriam opinionem obedire Praelato, ergo sequi alienam contra propriam licet, alias nec teneretur subditus nec posset, quia non maior ratio in subdito militat quam in quovis quod alio mesi non probabit non satisfacit, et omnino apparet in sufficient[ia]. Limitant aliqui ita intelligendo conclusionem ut dimittat propria opinione, cum sequenda est aliena. Sed iure non probant limitationem Pater Bon. Sanch. Pater Varg. et Pater Alor. quod ad sustinenda propria tamen probabiliori et tutiori formato prudenti iudicio, quod opposita sit probabilis, et contra probabilem operari liceat relicta probabiliori, et tutiori, nec timendum est quod dubium

3

Dictamini assensu probaremus ut questionem sequenti ostendo.

Semper tamen debet elici dictamen conscientiae quo dum nunc credamus licere operari ex aliena opinione, aliquid tamen non in actu illicite praesumeremus planeque contra conscientiam. Item vero ad hoc dictamen standum deponi debeat aliud, quod ex propria opinione formaverimus.

Ut voluit Cornelius, quamquam non esset deponenda propria ipsa opinio; quippe non est idem opinionem deponere atque conscientiam. Satis est ex tali opinione in ferius attingam.

Sectio 6

Impetus Ardorum infringit

Primo qui contra propriam opinionem operatur sequendo alienam, agere contra propriam conscientiam, sed agere contra conscientiam peccatum. Agens contra propriam opinionem sequendo alienam peccat. Maior probatur quia habens opinionem quod sit malum retinere e.g. plures probendas, conscientia dictat non licere illas retinere. Quare si sequendo alienam opinionem retineat, aget contra conscientiam: videtur argumentum efficax.

Respondeo tamen negando maiorem praecise ut iacet ... distinguo conseq. habens opinionem etiam conscientia dictat quod non liceat iuxta propriam opinionem, concedo conseq.; quod non liceat absolute, seu iuxta alienam, nego conseq. Si ergo conscientia dictat iuxta alienam licere, non peccabit qui sequendo alienam agit contra propriam: neque est idem contra conscientiam propriam agere et agere contra opinionem propriam.

dictamen ...

Explicemus hoc amplius, demum tendere propositum:

Sed utrumque extremum contradictionis videri probabile quis dubitet stante hoc iudicio, utraque opinio est probabilis. Sic potes formare hanc conscientiam: mihi licet iuxta hanc opinionem hic et nunc operari, quia asserit non esse malum, et non licet iuxta ~~alienam~~ oppositam, quia asserit esse malum; quo dictamine retento licite poteris operari quin propterea agas contra propriam conscientiam, quam haec non dictet iuxta omnem opinionem licere, sed iuxta unam determinatam, quam dum operaris non sequeris; eodem prorsus modo quamvis habeas determinatam omnes simul hoc iudicium: utraque (mea scilicet et aliena) est probabilis, et inde formas hanc conscientiam, iuxta meam opinionem hoc non licet hic et nunc, quia asserit esse malum, at licet iuxta alienam, quia asserit non esse malum. Si ergo sequeris alienam, hic et nunc non ages contra conscientiam quae solum dictat non licere iuxta propriam, licere vero iuxta alienam quam operando sequeris.

dictamen univ.

Fateor quod si haberes + conscientiam absolute dictitantem nullam opinionem licere oppositam tuae, contra conscientiam ageres sequendo alienam contra tuam, nisi eiusmodi dictamen erroneum abiiceres, aliud dictamen retinens alicuius praescribens licere oppositum tuae, sequendo tuam; licere vero sequendo alienam. Nec tunc peccares nec contra conscientiam ageres sequendo alienam contra tuam.

Obiicies 2°: admittere cogimur duos

23

duos assensus contradictorios simul, quod tamen non dicimus satisfit,

probo ant., quoniam hos duos assensus concedimus; licet hic et nunc habere duas prebendas, non licet hic et nunc habere duas prebendas, quamvis recurramus ad diversa principia et causas concessionis nam primum concedimus per principia propria; et 2.um per aliena, quod in nihilo mitigat repugnantiam, esse quippe non dicta inter se repugnant, ut nec per diversas causas coniungi queat, quod Petrus sit albus per unam causam; et simul per aliam non albus.

Respondeo negando ant., sed probat. Nego me concedere [illegible] sine restrictione illa, probo: Addenda e[illegible] [illegible] que circumstantia, seu conditio [illegible] [illegible] sic licet hic et nunc habere duas prebendas [illegible] opinione non licet hic et nunc habere duas prebendas [illegible] aliam: seu quod idem est licet sequendo [illegible] non licet sequendo illam [illegible] sequendo [illegible] et non licent plane concederemus repugnantiam, sed [illegible] [illegible] in nostris concessionibus; sicut nec est in concedente [illegible] licet habere alienum cum concessione domini; non licet habere alienum sine illa: [illegible] aliam opinionem probabilem est [illegible] quaedam concessio, que facit licitam operationem [illegible] concessionem [illegible] [illegible] illam operationem illicite facit operari.

Restat nunc videre, quare concedamus [illegible] quod licet [illegible] unam opinionem habere duas prebendas non licet [illegible] aliam: [illegible] Petrus est albus ab una causa et non est albus ab alia: [illegible] quod suppono, quod est act. [illegible] licitus, et illicitus non desumit [illegible]

et

... eo qd est in re, sed ex eo qd est in existimante prudenti, ee autem album, sive non album desumitur ex eo qd est in re, non ex eo qd est in existimante prudenti. Unde quamvis prudenter estimetur albus non erit albus: nisi in re sit albedo. Actio vero erit formaliter licita, quamvis in re illicita sit, et in existimante prudenti licita reputetur.

Hoc posito, ratio discriminis facilis est cur possint esse prudentes, et probabiles estimationes oppositae, quarum una asserat actionem ee licitam, alia ee illicitam: quia actio in una estimatione habet honestatem, quam caret in alia: atque ideo prout fuerit estimatio prudens, quam operando sequeris, talis evadit operatio: bona sive aut mala, dum non sit in re albedo simul et non albedo negative dari simul album et non album est contradictio...

Obiec. impossibile est iudicare mihi licere, qd iudico a vera esse malum in se, ... prohibitum, id quod ... propria opinione ... rarent ... iudicant ... esse malum in se, sibi prohibitum, quod impossibile est, qd iudicet sibi licere, ... peccat qui sic operatur. Re. disting. maiorem: impossibile est iudicare mihi licere qd evidenter iudico a re vera esse malum in se, concedo maiorem; qd probabiliter tantum, nego maiorem: ratio discriminis est, quod eo ipso qd evidenter iudicem: actum esse malum in se iudicio imprudens erit probabilis opposita asserentis, at si ideo non est in re, ... poten-

tiam

denti aestimat. mihi apparet honesta; at cum iudico solum probabiliter actionem esse malam in se, simul iudicare possum esse bonam in aliorum prudenti aestimatione, cui si me accommodem, non minus honeste operabor, etiam contra propriam opinionem praeceptam.

Obiicies 4 si liceret operari iuxta alienam opinionem etiam liceret petentem consilium mittere ad alium doctorem invincibiliter ignorantem legem latam contra suam opinionem, consulereque ut dictamen illius sequatur. R. nego id sequi nam ex ipso quod ego cognoscam legem contra talis D. opinionem latam, cognosco eiusmodi opinionem esse improbabilem, opinionemque autem improbabilem nec licet sequi extra casum a me dictum, nec consulere, ut alius sequatur. Et licet doctorem excuset ignorantia invincibilis, dum respondet, in me cessat excusatio, qui bene novi quod ille ignorat. mitto alia argumenta exigui momenti, quae facile habent solutionem.

Sect. 9

Nonnulla deduco ex hac doctrina.

1. deducitur cum Io. Sanchez disp. 19 Select. n. 6 quod si infidelis per propriam propriam iudicet non fidei esse credendam, concipiat tamen per alienam oppositam opinionem velut probabilem, sive quod auctores arbitratur graves sive quod rationes putat urgentes

n. tenebit credere: quia sicut fas est cuique adversus propriam operari contra alienam opinionem sic etiam ad credendum vel non credendum licitum erit infideli opinionem sibi vigam probabilem amplexari, quare ut infideles teneat credere mysteriis fidei iam propositis debet illius intellectus taliter esse dispositus, ut dictae partis nullum habeat probabile iudicium, nec ab intra quia nullis nititur rationibus probabilibus nec ab extra, quia auctoritate impugnantium insufficienter fulcitur.

2º deducit cum P.e Thoma Sanch. lib. 1 sum. cap. IX. nº XVII eum qui in ea esset opinione ut probabilius reputaret nunquam licere opinionem minus probabilem amplecti posse amplecti illam si probabilem quousque putet licitum esse opinionem minus probabilem sequi, quia adhuc retinet iudicium probabiliter dictans hic et nunc licere contra propriam opinionem alienam sequi.

3º Cum eodem Thomá nº 20 licere viro docto nunc secundum propriam opinionem, nunc secundum alienam operari: quod ipsum docet P. Vasq. 1. 2æ. d. 62. cap. IX. Et ratio est, quia sequi propriam licitum est ut nemo negat: sed ex supradictis licet sequi alienam contra nunc contra propriam, nunc iuxta alienam licebit operari pro arbitrio; nisi forte dicas reddi illicitam operationem contra propriam si semel operetur contra alienam aut vice versa, quod frivolum est. Non amittit ius sequendi unam ex eo quod sit secutus

aliam

aliam, atq. ideo incidit reprehensionem caveat tamen
in scriptis varius et inconstans deprehendatur.

4. Deducitur cum Victoria, Henriq.
Azor, Polanco, Suarez et aliis, quos refert et
sequitur P. Sanchez num. XXVIII. Superiorem vel posse
confessarium (an teneat dicam sequenti) p. alienam
opinionem et contra propriam absolvere poenitentem
v.g. confessarius iudicat et aliis in usurarius, quem
poenitens decrevit celebrare ducibus opinione proba
bili poterit absolutionem impendere, quamvis
poenitens nolit opinionem relinquere, et a contractu
recedere quia licet doctori propriae se accommodare
opinioni alienae.

5. Deducitur quod sequens licet
opinionem quod revera legitur excitatae, aliis vero
probabiliter opinentur non legari poterit doctor legis
de dubiis, aliam sequi, et consequenter nullam
pretita absolutione fuerit satis absolvere, ce=
lebrando ad minus licet praecepere, si iis sepa=
rare in orbis sicut ceteri, de quibus nulla
excep. licet suspicio. Et consequenter si secundus
est opinionem incurreret irregularitatem cele
brando. 6. Deducitur eum, qui invenit tam
excrevisse 21 annos in ~~[illegible]~~ clericum recipere
opinionem alienam affirmantem nondum completum

ubi dixeris [illegible] opinionem infirmam nec sufficientem
ad carnes edendas alii tamen. maxime
[illegible] opinionem probabilem [illegible]. mini
me unquam tenebit abstinentia [illegible] fa
2° propriam opinionem sequi liceat aliorum [illegible]
militat [illegible] ad [illegible]
[illegible] in die festi [illegible]
[illegible] catholici, [illegible] poterit [illegible]
[illegible] [illegible] probabi=
lit [illegible] [illegible]
[illegible] velit ad [illegible]
propriam. tutiorem et probabiliorem [illegible] opinionem
amplecti.

Sectio 2.a An

Ut liceat operemur [illegible]
[illegible]
formidine partis oppositae?

Praemitto [illegible] varios [illegible]
[illegible] formidinem [illegible] dubitare
[illegible], quamquam Caietanus
et [illegible] confundant dubitare
[illegible] inter [illegible] in utramque
partem [illegible] [illegible]

adverten̄do q[uod] in nulla apparet re-
pugnantia operari cum dubio cum qua dub[ium]
sunt hypothetice non licet operari formi-
dare vero poena quae non excludit debitum
assensum alterius, sed in eo tantum sumitur
ut quis operatus reflexus (virtualiter l[icet] falsus
prout fuerit etiam formido finalis solum
aut virtualis) indicet rationes illas satis ut exsistat
assensus non evidens sed dumtaxat pro-
babilis ac propterea fieri posse quod re
ipsa pars opposita sit vera tamen si
rationes illius non ostendat

Hoc posito dicendum est neque
requiri ad licitum operationem quod sequamur
opinionem probabilem carere formidine partis oppo-
sitae ita Vasquez t. 1 22 disp.
62 cap. 5 Cornejo ibidem disp. 3 dub. 2
tract. 10 Reginaldus in praxi n. 9.
Clarissimi alii quos opinantur Layman
t. 1 tract. mor. l. 1 tract. 1 cap.
1 § 1 Caietanus, et Armilla apud

R. Vazquez.

Posito neque reflexionis formidine etiam expressa, quod scilicet non excludit assensum certum, et quidem probabilem, alterius partis, quia nec excludit titulum licite et honeste operandi. antecedens patet quia nullus assensus probabilis attingit evidentiam nec omnimodam certitudinem seu quilibet patitur oppositae partis formidinem. consequens probo quia titulus licite et honeste operandi est motivum prudens, et probabilitas opinionis. quia sicut haec non excludit formidinem partis oppositae, ita non excludit titulum licite et honeste operandi. atque ideo non opus est carere formidine ut licite operemur. 2º nemo tenetur sequi sententiam tutiorem inter opiniones probabiles, ut probatum est quamvis sit carere formidine, ita nemo tenetur illa carere ut licite operemur. probo consequens quia si propter aliquam rationem teneremur maxime quia dictat tutius, et securius alteram, falsum est utrumque quia alia tuta ut supra ostendi et in nulla esse periculum peccandi.

3º recta ratio dictat unicuique

quae

si debere suae opinioni adhaerere ut aliorum opiniones
non irrideat sed ut probabiles habeat, cum authori=
tas L·ro sufficienter firmat: qui iuxta
proprias opiniones operat cum formidine et
suspicione veritatis aliarum non peccat. probatur
quia facit id quod recta ratio dictat, nempe
non irridere, et ut probabiles habere, cum ergo
quod ut probabiles habeat dicit esse probabiles
quod verae sint, et quod fortius ita distingat,
quod est formidare et suspicari.

4.° nomine humani ingenij at
quotidie testatur, et probat experientia sic obsequi
veritati ut de contraria solicite nullo modo
formidet. Ergo talis modus opperandi non exi-
git. nec prudenter exigi potest ad honestam
et licitatem operis, ad quam solum id exigi debet
quod humani ingenii est, confirmatur
Cornesio quia si qualibet formido aut suspicio
de malicia operis obligaret ad non faciendum illud
sequeretur nullus esse scrupulorum finem, nam quo quis
est sanctior, magis timoratus eo plus formidat
de suis operibus iuxta illud Job. IX. <u>verebar omnia ope-
ra mea</u>

Itaque quis ex opinione probabili sibi persuadet licere posse aliquid amplecti, non debet curare quod eo oppositum occurrent apparentiae vel etiam aliquae insolubilia, ut bene Reginaldus, et Navarro quibus arridet P. Granado, si tamen praesumit ab aliis probabiliter solui posse. quod valde notari debet pro scrupulosis, sed de his iterum dicemus in calce huius quaest.

Sect. XI.

Quae fauere possunt adversarijs, expenduntur.

obijci potest 1.° qui operat cum formidine partis oppositae habet scientiam ambiguam seu quod idem est, dubiam sed operari non licet cum conscientia dubia (ergo nec) cum formidine partis oppositae. caetera constant praeter maiorem, quam ita probo si haberes formidinem partis oppositae non esset ambiguus, esset de uno extremo certus quod in operatione amplectitur; atqui de uno extremo certus nullam habet formidinem de opposito: ergo habens formidinem partis oppositae est dubius et ambiguus.

Respondeo neg. maiorem, ad probationem dico habentem formidinem partis oppositae, esse certum probabiliter, seu certitudine probabilitatis de extremo quod in operatione sequitur; non vero certitudine evidentiae. certitudo illa non excludit aliqualem formidinem; excludit vero haec. nec ulli videri debet novum quod tamquam aliquis gradus certitudinis opinioni, nam P. Thomas Sanchez,

& alij DD. illi adscribunt moralem certitudinem: hoc est, illam quae prudentem reddit actionem operantis.

Obijci pot. 2°, ut licite quis operet. debet formare practice hunc vel silem discursum: sentio DD. unam probabiliter docenti esse licitum aliquid agere possum me in praxi conformare; at quia DD. aliqui probabiliter docent hoc, ergo possum me huic opinioni accommodare in praxi, Id hic discursus est certus, & absque formidine partis oppositae, ergo ut licite operemur debemus carere formidine partis oppositae.

Respondent aliqui, teste Layman, negando maiorem, caeterum ea concessa nego minorem, quia non semper caret formidine eiusmodi syllogismus, cum minor saepe saepius sit opinativa, & opinio secum habeat formidinem partis oppositae. quis non dubitet me ita aliquid affirmare, quod DD. probabiliter doceant aliquid esse licitum, ut formidinem habeam, si forte fallar credens probabile quod tale non est, praeterquam quod praedictus syllogismus ad summum habere potest certitudinem probabilitatis, non veritatis. prior autem certitudo non excludit formidinem sed secunda cum stare posset, quod sim certus de probabilitate et formidem de veritate, quare solutio argumentis nihil conuincere & nego

Obijci pot. 3. ex P. Granado ad honeste operandum requirit iudicium prudentis: id prudentia debere

prio certa: quia et iudicium quod requiritur ad honeste operandum, est conter[?] eius erit quod suspicione careat, et formidine partis oppositi. probat minorem quia de ratione virtutis intellectualis esse certam: sed prudentia est virtus intellectualis, ergo est certa. maiorem probat ex principio recepto in materia de virtutibus, nullus dicit virtutem intellectualem esse expositam falsitati: eo autem ipso quod esset incerta foret exposita falsitati, non secus ac fides humana et opinio, (quas propterea merito excludunt à ratione virtutis) ergo:

Resp. Loquendo directioni prudentiam non esse certam ex modo cognoscendi, sed ex modo dirigendi, quia taliter dirigit, ut voluntas illam sequens semper operetur bene sicut voluntas sequens conscientiam invincibiliter errantem semper operatur bene et tamen ideo liberatur ab errore materiali, quod per accidens se habet ad rationem virtutis moralis. itaque rationem virtutis intellectualis non vitiat error cognitionis, modo absit directioni error.

Nihil amplius rem explicemus, ad rationem prudentiae solum requirit quod dirigat operantem ex motivo et ratione prudenti motivum autem probabile prudens est ut ex dictis liquet, et vir cordatus absque nota levitatis illo duci potest, quare qui ex opinione probabili operatur prudenter se gerit, et male erret, quoniam prudentia humana non dictat operandum id solum

quod

q[uo]d in re est verum (hoc n[on] privilegio sola gaudet divina) sed quod prudenti motivo creditur esse tale. unde cum motivum prudens seu probabile n[on] excludat formid[inem] partis oppositae, neque prudenter ipsa excludit; imo in rebus magni momenti plus formidare solent viri prudentes.

Quaest. VI.

De usu opinionum probabilium in particulari.

Sect. 1.

An subditus teneatur, vel saltem possit obedire superiori q[uan]do opinatur rem praeceptam esse illicitam?

Sunt qui arbitrentur n[on] m[od]o fas e[ss]e subdito in praedicto casu c[ontr]a propriam op[inio]nem obedire, verum etiam teneri, si tamen praelati opinio probabilis credat[ur], ac proinde n[on] esse illicitum. Ita Corduba lib. 3. quaestionarii q. 9. Pater Cordubius lib. 1. sum[mae] theologiae moralis q. 3. c. 5. n. 31. Pater Vasquez 1. 2. tom. 1. disp. 62. c. 6. Granados ibid. Ibid. tr. de actibus humanis trac. 2. disp. 4a. sect. 3. n. 25. et alii.

Hanc dicit placere Ioanni Sanchez disp. 3. 2a. Le desma tract. de los estados obedientiae religiosis in cap. aliq[ui] in eo Patri Suarez de censuris

Circa 4 sect. 6. dicunt eorum communi subditis retinere
obedire, quod reputat valde probabile P. Baltas
tom. 1 tract. 1 disp. 2a puncto 6. n. 1. et habent
Lessius, Alal dictus, et Ludovicus Lopez existimantes
non teneri subditos tributa solvere quod opinantur
esse iniusta quamvis Rex imponens et
exigens arbitretur probabiliter esse iusta.

Dico 2. Licitum est praelato dicto subdito a
propriis operibus parere praelato conveniunt in hac
assertione cum Doctoribus in sententia. Et ita probo. Licitum
est sequi alicuius opinionem, et iuxta illam agere si
minus tuta sit, a propriis opinari, ut ostensum
est. Ergo licitum erit subdito a propriis opinionibus
discedere praelato probabilitatem quia praelati opinio
probabilis est, et casus id supponit.

Probo 2o. Praelatus praecipiens ex
opinione opinatur esse licitum licite operatur, quam-
vis sciat opinionem subditi affirmare quod sit illicitum.
Ergo subditus se accommodans opinioni praela-
ti non peccabit, et consequenter iuxta illam operans
licite parebit, quamvis sciat suam opinionem affirmare
praeceptum esse illicitum. Probatur hanc consequentiam nam
eandem scientiam habet subditus cum Praelato, ergo
minus prudenter eius obediendo quam ille
praecipiendo procedit, siquidem ex eodem mo-
tivo et opinione uterque movetur, ne dicas praelatus non

hae

Humilitatis licet subditus, qua caret superior.
probo 3º non extat lex aliqua subditum constringens
ad propriam opinionem sequendam, et non sequendam aliorum
cui adhaeret superior, quod licite potuit obedire
sequendo superioris opinionem. tum, nisi ostendant
adversarii legem, constat. consequentia probatur quia obe=
diendo nihil aliud facit quam propriam opinionem
non sequi, et sequi alienam cui superior adhae-
ret, quod non est prohibitum, sicut nec est ipsa illi
prohibita, sequi alienam.

Probo 4º subditus nonobstante
sua opinione iudicat oppositum, quam licet credat falsam
esse probabilem operantem secundum iuxta illam seu sequentem
illam prudenter procedere, et non peccare, quod
si hoc idem ipse faciat non peccabit. probo consequentiam
quia facit quod ipsemet iudicat prudenter
fieri, et sine peccato. alii fundamenta ductus in
Corduba, sed inefficacia.

Dico 2º non tenetur subditus superiori licite
obedire. discedo in hac assertione a dd.
iis sententiis convenio cum auctoribus 2ae opinionis
ista probatur 1º non strictius obligat superior
suo praecepto quam ecclesia, et Christus dominus,
suis id quod tamen aliquis probabiliter iudicat

quod aliquid non cadere sub materia praecepti
& obligari tali praecepto. ut patet in eo
quod probabiliter iudicat peccatum esse venia-
le mortale aut mortale quando est venia-
le, nemini tenetur ex praecepto. & sicut illud
confitetur. Ergo subditus probabiliter iudicans
quod praeceptum a praelato est peccatum non te-
nebitur tali praecepto parere. Probo etiam quia
iudicat probabiliter quod illud non cadere sub
materia praecepti debere quod subiiciendum praecepto
non cadat res mala probabiliter … probabiliter
iudicare quod sit mala atque probabiliter
iudicare, quod non cadat sub materia prae-
cepti. Probo 2o Lex non obligat pru-
dentes credentes quod non sit aut quod
sit iniusta. Et subditus licet opinioni pro-
babili quod praeceptum sit mala pru-
dentes credit, vel non esse legem veram, aut
iniustam. Ergo non obligat talis lex subdi-
tos … enim maior … quod lex obli-
get debent constare illius ut …
existentia adeo certo ut nequeant prudenter
negari. Probo 3o si propter aliquam rationem
teneretur subditus parere superiori ma-
dante quia pro illo stat possessio potes-
tatis praecipiendi, & in casu nostro

ma

melior est conditio possidentis, ad nos stat quod maior
ostendo quia videat in controversia ipsa positiva
adesse hanc praecipiendi ut ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ut videri hoc syllogismo, superior
habet possessionem potestatis ad praecipiendum ex libertate
subditus quae non praecipit, est libertas quod habet possessionem
potestatis ad hanc praecipiendi. ergo et
haec minor est controversia asserente subdito negante
superiore controversia est totius, atque ideo cum subditus
possideat suae libertatis, et non probet possessio
potestatis in superiori melior est subditi.
Et liberari debet ab obligatione parendi.

Probatur ut subditus teneatur
obedire superiori quae praecipienti agendum
debet non sequi eius opinionem sed aliam atque
contineret sequi alienam contra propriam. sed non
tenetur obedire superiori maior constat.
probatur minor. quia quilibet potest ex duabus
opinionibus probabilibus sequi quam maluerit
praeter sententiam propriam, siquidem non solum probabilis
sed etiam vera reputatur. postea quam quod ostor-
dant legem divinae naturalis aut humanae virtute
cuius teneantur subditus non opponi juxta

pro

proprię oppn.

Sectio 2ª Affa partis ad verse

Oė Probo.

Quamquam veras sint quas docuimus non certiua sit quae nobis proponuntur: quia nemo prius conclusam impleri aliquis licite agere quod existimat illicitum. Sed qui obediret praelato vel superiori casu faceret quod aestimat illicitum, et impleri quod licite obediat. Maior constat quia afferi oa conscientias. Minor probo quia faceret quod propria opinio dicat esse illicitum. Ex his dicis maior implere aliquis licite agere quod absolute, et secundus ex oppn. existimat illicitum secundo maior quidnam absolute. Ad secundum cum tamen oppn. negamus: nec hoc e agere oa conscientiam quia hic non dictat esse illicitum agere iuxta latere opinionem quod iux propria putat illicitum, potius dictat licere ut ostendi e initio, et simul saepe docet duplex existimandi dictamen a liq. quo stimet licitum obedire praelato, aliud quo stimet illicitum: patet quia propria opinio subditi licitum stimatur. aliunde qua sequitur licet aq. quod existimat proprię

quando praeceptum alienum, vel illum etiam stra=
neum retinet, sed quid respondeat Corduba, et
placet vos tantum solvere, sicut solvi argu=
mentum quod praecedenti sect. 2. a posi..
cum ipsissima doct. vide ne...

2.° Arguendum nulli licet agere
malum etiam si coactus sit, praecepto superio=
ris: id malum in opinione operantis, est malum
...lite ... quod ... malum ... dentis: ...
non licet id facere etiam si coactus sit prae=
cepto superioris. ... Corduba mala ...
... malo quod nullo modo potest bene fieri
... malitia ..., et tunc negandum
minor quia in ... volumus ope=
rari bene ... alienum ..., quod ope
rare non ... malo ...

3. arguendum. quando subditus re=
tinet proprium ... potest praecepto pre=
lati ... in mente ... Syllogismum
mihi non licet obedire praelato praecipienti
illicita; id nunc praecipit illicita ergo mihi
non licet ei obedire quando ... durat hic
syllogismus non potest subditus licite obedire

j

Ad probo min. quia ut licite obediret debet
stare opinionem, ergo minus licita bi-
dire superiori precipienti illicita: ad
nunc precipit illicitum quod satis constare potest
ad hanc obiectionem ex supradictis. maiorem tamen
claritatis gratia dico non esse illicitum, ut iacet, illa
consequentiam. ad hanc meliorem non licet obedire
superiori praecipienti illicita ad nunc iuxta
meam opinionem praecipit illicitum quod iuxta meam opinionem
non licet, At bene stat, quod liceat iuxta alienam iuxta quam
formatur conscientia diversus intellectus virtute cuius licite operari
potest.

Obiectio 4a. Contra 2m Conclusionem quoties subditus
potest licite obedire superiori praecipienti tenetur. Sed in casu de quo
potest subditus licite obedire superiori praecipienti. ergo
tenetur: Maior ex eo constare debet, quod tunc nihil sit
subditum quod ab obedientia excusset, minorem sunt probare
nostra 1a et 2a atque ideo una videtur alia contraria.

Respondeo 1. negando absolute maiorem, concluderenon
potest quod subditus non teneatur, quamvis possit, ut videre licet
in tenente dispensationem legis infirmitatem seu causam ex
cusatam, qui licet possit obedire legi non tenetur, unde dispensa-
tus ad edendas carnes in quadragesima non tenetur ieiu-
nare: At potest causa autem excusans subditum est proba-
bilis opinio, sicut infirmitas excusat infirmum,
et dispensatio dispensatum. Respondeo 2. distinguendo
maiorem, qui potest iuxta eius opinionem concedo maiorem, qui iuxta
unam potest et iuxta aliam non potest nego maiorem. Quia non tenetur
potius illam sequi iuxta quam potest, quam aliam iuxta quam non potest.

Obi

Obiect. 5. Contra eandem quia, ut P. Gordonus ait, inde nasceretur magna confusio, cum quivis praetextu opinionis probabilis obedientiam superiori debitam excuteret. Resp. negando assumptum: non enim nascitur confusio vera, cum vera opinione subditus sequitur; sicut neque nascitur quando superior praecipit, quod plane non potest, et subditus obedire renuit. Iustè enim facit in vero quidem casu, quod autem praetextu opinionis probabilis, quae tamen probabilis non est, velit subditus negare obedientiam confusio est, sed non nata ex nostra sententia, sed ex malitia subditi, sicut ex malitia eiusdem oritur, quod praetextu illiciti mandati nollit parere, non enim eo, quod evidenter verum est. plura dabit pro solutione huius obiect. Joannes Sanc. disp. 39. a num. 40. usque ad 42.m inclusive.

Obiect. 6. Contra eandem iniustitiam committit aut saltem male facit, qui ab alio aufert quod iuste possidet, sed superior praecipiens licitum ex opinione probabili, quae possidet actum suae iurisdictionis ad praecipiendum, ergo expoliare illud, eique quod iure aufferre illicitum erit. Resp. distinguendo maiorem, male facit, qui ab alio aufert quod absolute et ultimo iuste possidet, concedo maiorem; quod tantum probabiliter, et secundum unam opinionem, nego maiorem: nam cum hoc quod aliquis iuste possidere probabiliter, datur quod iniuste possideat probabiliter, et quod iuste expolietur si ita loquendum est, quamquam in rigore non spoliatur subditus tunc possessio, sed suam libertatem possessam defendit.

Sextio ...

plu

Plures Casus ex Sacerdot.ª

1. Basallus sequens opinionem, quod tributum a Rege impositum esse iniustum, non tenetur solvere, ut bene Ioannes Sanc. in suis selectis disp. 33. n. 35. ubi se refert Novar. lib. 2. de rest. c. 1. dub. 17. fine. Corduba in summa quest. 95. ad 1. dubium V. porque en el capitulo. Ludovicus Lopez 1. p. instructorij - c. 37. Maldero de virtutibus tth. 3. c. 6. dub. 4. §. dico 6. Lessius lib. 2. de Iustitia cap. 33. dub. 3. n. 67. Thom. Sanc. lib. 6 de statu religioso cap. 7. n. 7. et aliorum. quia licet probabilis sit opinio Regis, et forte probabilior, affirmans esse iustum, non tenetur Basallus sequi opinionem regis, sed procedere per iusta principia imo licet proprium esse ipsissima que regis posset non solvere acommidando se aliorum opinioni, et existimantium esse iniquum; quod invenio approbatum a Ioanne Sanc. disp. 33. selectarum. n. 46.

Ex quo ulterius infert, quod si cogat solvere per vim et metum poterit uti oculta compensatione, si tamen alia via nequeat commode recuperare ratio est, quia ex sua opinione, licet ex probabili, quam sequitur iniuste spoliatur, et non amisit possessionem, nec Regi favere debet possessio litigiose incorporae probabiliter contradicente: Neque in contrarium urget, quod Rex ex sua opinione iuste cogat: neque etiam Basallus iuste recuperare ex sua more bello iusto ex utraque parte non quidem materialiter, sed formaliter.

2. Miles sequens opinionem probabilem

quod

q. bellum sit injustum non tenetur obedire Regi ex contraria opinione incipienti: e.n. eadem ratio, nec idem puniri debet, aut mulctari, sicut recte Sanchez Sanc. nuper adductus num. 43. notavit, q. subditus inobediens ducitur opinione probabili non delinquit, aut culpam committit, sine qua nullus dignus est poena, atque eodem modo dixerat Sanc. non posse Episcopum punire Confessarium excipientem Confessiones alicuius approbati illius, q. pro dictum Confessarium probabiliter existimavit satis esse approbatum ab unius ordinarii, ut virtute bullae alicuius Sacramentum poenitentiae possit administrare.

3.° promittens obedire alicui personae in parochiani v. Confessarii ex senis opinionibus q. res ab illo praecepta sit illicita, non tenetur obedire, quoniam quam plane contradicit opinione incipientis ... probabiliter ... illum posse licite patrari, q. iniungit. Docere debet Sanchez ... num. 92. idem tenet de vovente ... ministris ... dubitat an Confessarius ... ex ... q. ex ... Suarez lib. 10. de statu Religiosorum cap. ... n.° 5.

4.° Si Princeps secularis cogat ministros suo praecepto ad exequendum aliquid, q. opinantur violare immunitatem ecclesiasticam licite possunt non obedire, quamquam non tenentur se accommodare principis opinioni, quod intelligo ... facto ... in nostra ... ministris ad ... deputatos.

Sim.

implicite tales obligari ad sequendam opinionem favorabilem regi, seu administratori, cum non liceat quisque possit contra propriam opinionem sequi alienam licite per eo quod pactum inire, ac iuri sequendi propriam renunciare.

5. Si dominus imperet servo, aut pater filio, ut deferat epistolam quam probabiliter iudicat continere rem turpem, obsecrationem quae provocat ad alicuius feminae, poterit se excusare, absque quod non obediat, quamvis ipse quod credat esse probabile rem turpem non continere nec feminam provocare: tamen non famulus quam filius tenentur sequendi propriam opinionem, nec lege aliqua constringuntur ad sequendam alienam, ut diximus.

Non aliud dico quod pater aut dominus praecipit laborare diebus festis allegans causam iustam, non quidem evidentem, sed probabilem, poterit non servus non parere praecipienti, si probabile esse credat, quod causa non sit iusta, aut quod labor sit iniquus: idem dixero de quantitate laboris si non parere noverit filius adesse causam iustam laborandi tempore parte diei, si vero contat in crebro die laborare dubium esse probabili, non tenebitur filius ad excusandum, sed ad illam solum partem, quam causa certa excusat.

Sectio 4.

An saltem in rebus absolute licitis teneantur subditi obedire iuxta opinionem, et ab mere obediendi liberam.

N.

Vidimus de praecepto ei subditus ad obligat obediendi, qui probabiliter iudicat rem praecepti ei illicitam dam nunc praecipi sm̃ opiniones rem licitam:

At probabile est quod subditus non teneat obedire, sive quia probabiliter credit esse deceri iuris divini, sive legitime praecipere, sive ex alia causa prudenti, quae ad opinandum inviteat; tenebit ne subditus obedire. Affirmant Montesinos. 1. 2. d. 29. q. 5. §. 4. n. 126. Laiman tom. 1. sue theologiae moralis tit. 1. c. 5. §. 2. n. 11. ubi pro se citat Corduba Vasq. et Miranda. Ceterum contraria opinio mihi placet, ut pote probabilior et verior, eam docent Palao tom. 1. tit. 1. disp. 2 puncto. 6. n. 1. Ioan. Sanch. in suis selectis disp. 33. a num. 27. 32. 33. 34. et 35. penes quem n. 32. Thom. Sanch. de statu Religioso. lib. 6. c. 3. n. 7. Lairus in clavi. lib. 1. c. 12. n. 6. Torres de iustitia disp. 50. dub. 5. n. 9. 99. et Moderni concurrentes alii.

Probatur 1. quia licitum est cuiquam sequi opinionem probabilem, sed probabile est esse positio eo praecepto de re alias licita subditus posse non obedire; ergo poterit licite non obedire.

2. quia vicat in dubio potestas superioris licitum est subdito non obedire; sed in casu dicto vocat in dubio potestas, cum probabiliter et prudenter credit illa carere. 3. nemo tenet suam opinionem deserere et alienam sequi; ergo si subditus sine opinionem non teneat obedire non tenebit contra sane opinionem sequi alienam, ut supra latius probavi. 4. Adde quod nemo prudenter operans peccat, sed subditus non obediens sine praecepto dicto casu prudenter operans, cum operetur ex opinione probabili.

Hinc 1. infero cum Ioanne Sanc-
cio.

loco allegato n. 533. non teneri penitentem stare Confessario
in iis, quae probabiliter iudicat non obligare, seu sic non teneri
ad illi subesse in acceptanda penitentia in hac vita
in restituenda etc. ex opinione probabili, retento in ex-
plicanda circumstantia minimi varia ex opinione
probabili,) quamvis non Confessarius non licite possit
prudenter quod cedat in sua opinione, cohaere non pro
subditis ut propriis dixerat, sed sic se aliene accom-
modet.

Infero 2o. cum eodem num. 33. quod si Confessarius
imponat penitentis abstinentiam communionis pro penitentia
Sacramentali Confessionis, non tenebitur penitens a Com-
munione abstinere (etc.) si in ea opinione sit, quod peni-
tentia acceptanda sit in hac vita, nec remitti potest ad
futurum) quia sequi potest opinionem probabilem asserentem
nec Confessarium posse eiusmodi penitentiam imponere
neque abstinentiam Eucharistiae esse materiam sacramentalis
penitentiae, quamvis res bona sit, et nulla ratione mala.

Infero 3o. cum eodem Disp. 33. n. 34. et
Disp. 41. n. 29. licitum esse Reo in causis Sanguinis
non fateri crimen proprium et semiplenae, quod licet pro-
babile sit teneri, saniusque iudex sequatur interro-
gans, etiam est probabile, quod non teneatur, atque ideo poterit
opinionem probabilem sequi, ac delictum sub iuramento
negare utendo aequivocatione, pro quo citat Navarra
lib. 2 de restitutione cap. 4. Lessius lib. 2 de iustitia
c. 31. aliosque plures.

4o. infero cum P. Salas, P. Vazq. et
P. [illegible] apud Ioannem Sanc. d. 33. n. 41. quod [illegible]
non repugnat non teneri subditum stare Prelato, qui opinatur
sui

fuisse illegitime electum, quamvis res praecepta honestissima sit; et aliunde probabile, quod fuerit rite electus. Ea enim probabilitas, quae facit electionem irritam, destruit potestatem praecipiendi, et liberat subditum ab obligatione obediendi.

Sectio 5.

Nonnullis instantijs satisfit.

Obijcitur 1.º ex S.to Ignatio obediendum esse superioribus in ijs omnibus, quae non sunt manifeste peccatum, quamvis non obstante opinione subditi parendum est superiori: Antecedens probatur ex 6. parte Constitutionum c. 1. §. 1. et ex Summario earundem n. 31. "
Ubi sic ait: Ut sancta obedientia tum in executione, " tum in voluntate, tum in intellectu sit in nobis semper omni ex " parte perfecta: cum magna celeritate, spirituali gaudio " et perseverantia quidquid nobis iniunctum fuerit obeundo " omnia iusta esse nobis persuadendo, omnem sententiam ac iudicium nostrum " contrarium caeca quadam obedientia abnegando. Sic ille. " Quae verba omnis verba? praecipiunt nostram opinionem praecepto superioris contrariam iubent relegare.

Respondeo distinguendo antecedens ex Concilio et maiori perfectione Concedo antecedens sub culpa, et peccato nego antecedens; hic enim de hoc est sermo; eodem modo distinguendum est consequens Concedendum aut negandum. S. enim Pater maiorem perfectionem intendit, non obligationem, ut colligere est ex illis verbis Ut sancta obedientia tum in executione etc. sit in nobis semper omni ex parte perfecta etc. quidem si intelligeret recte abiiciendum esse obligatum nostram sententiam superiori repugnantem, et colligeret nos sub obligatione parendum esse celeriter, gaudio spirituali et perseverantia, quae, et S. Ignatius iniungit propter quam quod parentibus nostri verba solum nos possent cogere non religiosos, At nos rem disputamus praescindendo ab speciali aliquorum constitutione.

Obijcitur 2.º impossibile ea, quae iuste praecepta sunt,

iuste

iuste n impleri, seu q. id e implicat q iuste praecipienti iuste n pareat, sed placuit iuste praecipit, quoties praecipit ex opinione probabili. Implicatio e q subditus licite n obediat. Resp. distinguendo maiorem implicatio e q praecipienti undequaque iuste n pareat iuste, seu q ea, quae undequaque iuste praecipit, iuste n impleat. Concedo maiorem iuste praecipienti probabiliter solum et n undequaque, nego maiorem, sicut iuste praecipit sm unam opinionem, sm aliam praecipit iniuste, quam cum subditus sequatur prudenter credit iniuste superiorem praecipere, et se iuste non obedire.

Obiicies 3.º Sequenti opinionem probabilem facti, quod res aliqua sit sua, fas n e illam arripere de manu possidentis, ut probat Joannes Sanc. d. 41. selectarum num. 49. qui enim id credit, quamquam advocati affirment se habere ius ad illam ex probatis contrarium in dubio, quia tunc advocatorum opinio oritur ob ex probatione facti, quae dubium practicum n excludit. At in dubio n licet spoliare possidentem; ergo multo minus licebit subditos spoliare superiorem sua possessione, ac iurisdictione n obediendo.

Resp. Joannes Sanc. n licere sequenti opinionem dumtaxat facti arripere rem, quia ius n ei id dictat propter incommoda, quae timeri possunt inter possidentem et litigantem eam possessionem eripere, quod n e in casu similius, in quo superior n possidet potestatem praecipiendi, quia subditus habet opinionem probabilem, quod n possit, atque ideo n obediendo minime aufert illi possessionem, sed defendit quam apud se habet, et possidet ut libertatem.

Caeterum quia fieri possit nullum incommodum timeri in occulto spolio, et in occulta compensatione n timetur, aut sit mihi in hac e nihil aliud licet, licebit eripere rem, quam opinaris esse tuam. Alio pacto respondeo, quod opinio e solius facti, deest opinio iuris, quae necessario requiritur ad licite

P.

operandy, atq Ideo n. probabile, q. liceat eripere auctoritate privata (relinquit iudicium arbitrii iudicis) q.do si subditus ser opinionem, q. teneat Superiori obedire. Ad extinctionem favorem opinio iuris viruentium prudenter, et iuste pot operari.

Sectio 6.

An teneat Confessarius sequi suam opinionem dare opinioni probabili penitentis.

1. opinio duplex genus Confessariorum distinguit alterum ordinariorum, qui ex proprij pastores, ut parrochi etc. alterum extraordinariorum, qui ex Commissione voluntarie administrant Sacramentum, non ex officio obligati ac de 1.is teneri affirmat, negat q. de secundis. Ita Silvester Verb. Confessor tit. q. 7. § se referens Gofr. Angelus Verb. Conf. 4. n. 18. eundem referens. Dixit Antoninus 3. p. tit. 17. c. 20. § 2. Conradus 1. de Contractibus sect. 5. q.e 7. Planeus apud Thomam Sanch. statim referendus. 2.a opinio equaliter de ambobus asserit q. teneant absolvere ita Coninch disp. 8. de Sacram.tis quae de ministro Sacram.ti penitentiae Dub. 17. n. 135. Joannes Sanch. Disp. 38. selectarum n. 94. ubi plures refert et Disp. 43. num. 42. Thomas Sanch. lib. 1. Summae c. 9. n. 19. Vasq. 1. 2. tom. 1. D. 62. c. 7 Laiman tom. 1. Sup. Theologiae moralis tit. 1. c. 5. §. 2. n. 10. Palao tom. 1. tit. 1. c. 2. de Conscientia punct. 4. n. 3. Granado 1. 2. Controv. 2. de actibus humanis tit. 12. d. 4. sect. 3. n. 25. (et loquit ex q.do Confessario videt probabilior propria opinio.) Montesinos in d. 1. 2. q. 9. §. n. 193.

3.a opinio inter duas mediat, ait n. q. 1.a sit vera q.do agit de damno tertij. ut an sit restituendy, l. n. q.o vi n agit de damno tertij dicit esse

ici verum 2.m sic Medina Codice de Conf. q. de con-
fessione dimediata iterandâ vers. Sequitur ig tertio limitandum
de posse reiiciuntur P.r Vasq. P. Bonacina is hic
retul, et Joannes Sanc. —

Dico 1.o ante inceptam Confessionem verissi-
ma est 1.a opinio. Probatur, quia ante inceptam Confessionem
prius pastor tenetur audire penitentem, et absolvere
nisi sit in dispositus: Ast si opinionem probabilem sequatur
penitens non est in dispositus quia tenetur illum audire, et absol-
vere, quod est se accommodare penitentis opinioni, Confessarius
autem non proprius si non tenetur incoare Confessionem, quamvis
penitens accedat dispositus licite potest eam nolle audire
nisi penitens relinquat suam opinionem, quod est non teneri se
accommodare penitentis opinioni. —

Dico 2.o post inceptam Confessionem vera est 2.a
opinio; Universi n. Confessarij tenentur se accommodare
opinioni penitentis in ijs quae se tenent ex parte illius.
Probatur, quia quilibet Confessarius tenetur post inceptam Confessionem
penitentem absolvere nisi sit indispositus, sed qui operatur
ex opinione probabili non est indispositus siquidem immu-
nis est a peccato. ergo tenetur absolvere penitentem opinionem
probabilem sequentem, quod est teneri se accommodare opini-
oni illius. —

Obstant alij 1.o quia Christus Dominus constituit Con-
fessarios iudices penitentium. Sed recta ratio iudicij exigit
ut sicut penitens tenetur Confessori recta principia iudi-
care ita Confessor penitentem recte dispositum absolvere
Sequens autem opinionem probabilem est recte dispositus ut dixi
1.o Ast hoc intelligo, quod penitens conscius opinionis pro-
babilis illam sequatur quo tempore operatur. Unde si
cum operabatur credidit esse peccatum, vere peccavit, quamvis non
peccaret si ex opinione probabili, quam ignorabat opera-
ret. Unde licet postea conscius fuerit opinionis velit
illa frui peccatum igitur commissum mittere non est absolvendus

Qa est opinio penitentis dicat oppositum illud de se non esse peccatum non dicit non esse peccatum, quia cum conscientia erronea committit, quod dicitur esse peccatum: in hoc non nulla extat opinio sed oppositum est prorsus certum.

